1381. GUILIELMI PACIDII LUBENTIANI AURORA SEU INITIA SCIENTIAE GENERALIS A DIVINA LUCE, AD HUMANAM FELICITATEM

Vorläufige Datierung: [Nach September 1697]

Überlieferung:
L Konzept: LH IV 7A Bl. 11. 1 Bl. 2°. 1 $^1/_3$ S.
E Gerhardt, *Phil. Schr.*, Bd 7, 1890, S. 54–56.
Übersetzung:
Barone, *Scritti di logica*, 1968, S. 183–185.

bearbeitet von Stephan Meier-Oeser u. Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Aufgrund des Titels und einiger inhaltlicher Bezüge wird deutlich, dass N. 1382 kurz nach oder in zeitlicher Überschneidung mit N. 1381 entstanden ist. Wegen der sich in einer Variante findenden Anspielung auf E. W. von Tschirnhaus, der 1697 in den *Acta Eruditorum* einen Beitrag über Brennspiegel veröffentlicht, können wir die beiden Stücke nach September 1697 datieren.

[Thematische Stichworte:] scientia generalis; germanische Frühzeit; Americani; Brennspiegel; lux; calor; motus; aetheria vis; sacer ternarius; sapientia; virtus; felicitas; cognitio; methodi; necessitas veri

[Einleitung:] —

Guilielmi Pacidii Lubentiani
AURORA[1]
seu
INITIA SCIENTIAE GENERALIS
a Divina Luce, ad humanam felicitatem

Nascere et aetherios luci conjunge calores
Sol animae motusque sacros immitte Lubenti

Priscis temporibus homines cum nondum ad cultum vitae traducti essent, ignem ligni durioris frictu suscitabant. Hunc a Necessitate vel violentia *Nodfyr* jam olim dictum Saxonibus Magni Caroli leges docent, quibus prohibitus est. Et tamen nunc quoque nomen et reliquiae superstitionis in rustica plebe mansere; neque aliud ignitabulum barbari Americae frequentius usurpant. Sapientes autem coelo devocant puriorem flammam radiosque solis speculis aut vitris cogunt. Inde mira vis agendi, cui nihil non cedit omnisque corporum firmissimorum natura domatur invertiturque, et arcanas proprietates ostendit, aequali cognitionis nostrae et

[1] *Am Rand der Seite von Leibniz' Hand*: Repraesentatio Aurorae seu Solis nascentis; cum epigrapho: Nascere, (: et aetherios luci conjunge calores :)

3 seu (*1*) Introductio ad Scientiam Generalem (*2*) INITIA *L* 9–11 temporibus (*1*) Saxones mei (*a*) cum nondum ad cultum et pietatem traducti essent (*b*) cum nondum ad cultum vitae | et pietatem *gestr.* | traducti essent, (*aa*) ig (*bb*) fla (*cc*) ign (*dd*) flammam ligni durissimi in gyrum actu frictu excitabant (*ee*) sacrum (*ff*) sacrae (*gg*) superstitiosum | (*hh*) sacrum *ers. u. gestr.* | ignem (*aaa*) ligni durioris frictu suscitabant, (quem a necessitate | aut violentia *erg.* | *Nodfyr* vocabant) (*bbb*) ligni durioris frictu (*aaaa*) excitabant | (*bbbb*) accendebant *ers. u. gestr.* | (*cccc*) suscitabant (*a5*) , qui a violen (*b5*) , quem (*c5*) . Hunc a Necessitate vel violentia *Nodfyr* | jam olim *erg.* | dictum (*a6*) Carolinae (*b6*) Magni Caroli (*2*) homines ... Caroli *L* 11 docent, (*1*) quibus prohibebatur. Et tamen rusticis nunc quoque et (*2*) quibus *L* 11 Et (*1*) tunc (*2*) tamen nunc *L* 12 superstitionis (*1*) inter rusticos mans (*2*) | in rustica plebe *erg.* | mansere *L* 13 puriorem *erg. L* 14 vitris | causticis *gestr.* | cogunt *L* 14 cogunt | artisque tantae documentis nuper ingeniosissimus Saxo quasi (*1*) emendaturus | (*2*) compensaturus *ers.* | majorum inscitiam effecit, ut facile priscam Graeciam (*a*) vincamus | (*b*) provocemus *ers.* | *erg. u. gestr.* | . Inde *L* 14 mira (*1*) in rebus mutation (*2*) vis qua cor (*3*) vis qua omnis (*4*) vis ... omnisque *L* 15 ostendit, (*1*) maximo (*2*) et scientiae nostrae et (*3*) aequali *L* 15 aequali (*1*) doctrinae | (*2*) cognitionis *ers.* | *L* 15 et (*1*) efficaciae (*2*) potentiae *L* 17 Nascere, (*1*) et aetherios luci conjunge calores (*2*) (: et ... calores :) *L*

10 *Nodfyr*: vgl. LEIBNIZ, *Annales imperii*, ad ann. 797 (gedr.: PERTZ, *Werke*, 1, 1843, S. 195): »*De igne fricato de ligno i. e. Nodfyr* (hunc ignem nunc quoque superstitiosuli rustici alicubi excitant initio anni)«. 14 (Variante) ingeniosissimus Saxo: wohl gemeint E. W. VON TSCHIRNHAUS, *De magnis lentibus seu vitris causticis*, in *Acta Eruditorum*, September 1697, S. 414–419.

potentiae incremento. Ut jam putem praeter alios innumerabiles usus, purgari etiam terrae barbariem et pro novali agro inutiles herbas stirpesque radicitus exuri posse Caustico instrumento ad solem circumlato.

Sed nunc comparare processum barbarorum et sapientum juvat. Illis ignem accendentibus primum motus in materia crassa et dura et terrena, tum calor, demum lux: Contra sapientibus coelestes radios colligentibus prima lux, inde calor, postremo motus quo durissima quaeque liquescunt. Simili discrimine methodi differunt et velut gradus quibus mentes meliores redduntur. Nam cum terrenis sensibus adhuc immersi sumus oblata occasione sacra quaedam agitatio in nobis incipit felices motus, inde calorem concipimus enitendi ad praeclara, demum coelestis lux affulget. Sed orta jam luce et magis magisque per animi attentionem in unum collecta fit regressus ad calorem et motum; nam purior sese ardor per corda diffundit, atque inde aetheria vis in praeclaros motus actusque erumpit, ex quibus nova iterum materia surgit caloris et lucis. Hac circulatione sacer ternarius, id est sapientia, virtus, felicitas constant. Idem in veritatis indagatione usu venit. Nam vel ab effectu ad causam, ab experimentis ad rationes, a notionibus confusis ad distinctas tendimus, et velut cum Mose terga dei intuemur; qualis est omnis historica naturae fortunaeque notitia quam qui habent, docti vocantur aut experti; vel contraria via a primis ideis simplicissimis, id est divinis attributis velut rerum rationibus

1 incremento. (*1*) Nam ita (*2*) Ut *L* 1 etiam *erg. L* 2 agro (*1*) noxias herbas st (*2*) inutiles *L* 4 sapientum (*1*) non (*2*) nostra interest | (*3*) juvat *ers.* | *L* 4 Illis (*1*) primum motus, in (*2*) igne accendenti (*3*) ignem accendentibus *L* 5 in … terrena, *erg. L* 6 colligentibus (*1*) primum (*2*) prima *L* 6 calor, (*1*) demum motus (*2*) postremo (*a*) liquefactio et (*b*) motus et liquefactio (*3*) postremo motus (*a*) quo subject (*b*) quo res liquescunt (*c*) quo *L* 7 liquescunt. (*1*) Ita duo sunt methodi quibus (*a*) animae ad sapientiam et felicitatem ducuntur (*b*) animae illustrantur, (*aa*) quibus (*bb*) q (*c*) Mentes (*aa*) illustrantur (*bb*) emen (*cc*) perficiuntur, nempe cum terrenis cogitationibus adhuc immersi sumus agitatione quadam (*aaa*) supernat (*bbb*) opus est (*2*) Eadem (*3*) Simili *L* 7 et velut gradus *erg. L* 7 meliores (*1*) fiunt (*2*) redduntur *L* 8 oblata occasione *erg. L* 8 f. quaedam (*1*) cog (*2*) agitatio *L* 9 ad (*1*) virtutem | (*2*) praeclara *ers.* | *L* 10 lux (*1*) oboritur menti. Sed jam na (*2*) affulget (*a*) menti (*b*) . Sed *L* 10 f. magisque (*1*) animi attentione collecta (*2*) per animi attentionem (*a*) purior jam calor (*aa*) mentem (*bb*) sese | (*cc*) se *versehentlich nicht gestr.* | (*b*) in … ardor *L* 12 in (*1*) praeclaras actiones (*2*) praeclaros motus actusque *L* 12 f. erumpit (*1*) . His sapientia, virtus, felicitas constant (*2*) , ex … constant. *L* 14 f. indagatione (*1*) experimur. (*2*) usu venit. (*a*) Cum ab effectu ad causam, (*aa*) a notitiis confusis (*bb*) ab experimentis ad rationes, a notitiis confusis (*b*) Nam … confusis *L* 15 Mose (*1*) posteriora; vel contraria pro (*2*) posteriora | (*3*) terga *ers.* | dei *L* 16 omnis (*1*) historia (*2*) historica *L* 16 quam … experti *erg. L* 17 a (*1*) lum (*2*) ⟨lu⟩ (*3*) divinis attributis velut rerum princip (*4*) primis *L* 17-S. 138103.1 velut rerum rationibus *erg.* (*1*) purrissimoque | (*2*) liquidissimoque *ers.* | *L*

liquidissimoque lumine exorsi, prosequimur effundentem sese essentiae fontem, et veritates aeternas in nobis sese ordine proferentes mente haurimus; quibus cum nihil sit concinnius gratiusque, longe alia quam quae nos adhuc rudes olim ad discendum stimulabat, animum admiratio subit: nam prior illa ex ignorantia nascebatur et molestiam comitem habebat; hujus vero mater scientia ipsa est, filia voluptas; nec vero differt ab amore pulchri, cum supremae perfectionis contemplatione conjuncto. Huic voluntate firma adhaerere virtus, hac laetitia purissima frui, felicitas vera est. Et quamvis pleraque rerum sensibilium non nisi confuse cognoscamus, et obscuro instinctu voluptatum ac dolorum corporis boni malique admoneamur ad usus hujus vitae, miro providentiae instituto; sparsit tamen in mente nostra altioris doctrinae semina divinus animarum genitor majorisque et durabilioris boni specimina dedit, quae capiet quidem etiam rudissimus quisque, ubi per numeros et figuras vestiuntur. Vis tamen ipsa necessitasque veri, quam demonstrationem vocant, supra numeros figurasque assurgit, neque in imaginibus sita est, sed divinae lucis imitamine in quibusdam invisibilibus radiis consistit. Quod clarius opinor patebit nostro studio, cum non solis mathematicis rebus alligatam ostendemus invictam efficacemque veritatem; sed quandam esse scientiam generalem ipsa Geometria ipsaque Algebra longe superiorem, unde adeo mutuantur hae ipsae, quod pulcherrimum habent. Quod a nobis ipsis qui ope hujus etiam Arithmeticae ac Geometriae pomoeria non

1 prosequimur (*1*) scaturientem fontem veri (*2*) procurrentem (*3*) effundentem *L* 2 ordine | certo *gestr.* | *erg.* proferentes *L* 2–4 sit (*1*) pulchrius (*a*) longe alia nascitur admiratio (*b*) animum admiratio subit quam quae nos adhuc rudes ad discendum stimulabat, nam (*aa*) prima (*bb*) prior | illa *erg.* | ex (*2*) concinnius gratiusque, (*a*) longe alia quam quae olim rudes nos (*b*) longe … ex *L* 4 et … habebat; *erg. L* 5 vero *erg. L* 5 est, (*1*) sed vero (*2*) filia … vero *L* 5 pulchri | intellectuali *gestr.* | , cum *L* 6 contemplatione (*1*) frui dabat. (*2*) conjuncto. *L* 6 conjuncto. (*1*) Hunc (*2*) Ho (*3*) Ad (*4*) Hu (*5*) Ad hanc ferri virtus, hac frui felicitas huic adhaerere (*6*) Huic *L* 6 firma *erg. L* 6 hac (*1*) voluptate | (*2*) laetitia *ers.* | *L* 7 rerum (*1*) corporearum | (*2*) sensibilium *ers.* | *L* 8 cognoscamus, (*1*) ad (*2*) quantum satis | est *versehentlich nicht gestr.* | (*3*) ad (*4*) ut (*5*) corporis ipsius instinctibus (*6*) et velut i (*7*) et *L* 8 dolorum (*1*) corporis (*2*) sensibilium (*3*) miro providentiae instituto (*4*) corporis *L* 10 divinus (*1*) parens (*2*) mentium (*3*) spirituum parens, quae (*4*) animarum genitor majorisque | et durabilioris *erg.* | *L* 11 quidem *erg. L* 11 vestiuntur. (*1*) Sed vis (*2*) Sed vis veri (*3*) Vis tamen *L* 11 f. ipsa (*1*) causaque (*2*) necessitasque *L* 12 f. vocant, (*1*) in imaginibus sita non est (*2*) supra … assurgit, (*a*) et in imaginibus sita non est (*b*) neque … est *L* 13 quibusdam (*1*) indivisibilibus | (*2*) invisibilibus *ers.* | *L* 15 f. veritatem (*1*) . Sed esse (*2*) ; esseque altiorem (*3*) ; sed (*a*) esse altiorem scientiam (*b*) ampliorem scientiam (*aa*) , unde ipsae m (*bb*) ipsi (*aaa*) Algebraeque (*bbb*) Algebrae ipsique Geometriae, (*cc*) ipsi Geometriae, ipsique Algebrae (*4*) ; sed … Algebra *L* 17-S. 138104.1 habent (*1*) , | ut *versehentlich nicht gestr.* | vel hac ipsa ope hinc (*2*) , ut nos ipsi (*a*) bona ope (*b*) vel ideo nova ope (*aa*) hinc petita (*bb*) inde petita harum pomoeria proferri ostendamus. (*3*) . Quod a nobis ipsis (*a*) prolatis Arithmeticae ac Geometriae pomoeriis (*b*) prolatis va (*c*) valde (*d*) qui ope hujus (*e*) postquam ope hujus (*f*) qui … est. *L*

parum protulisse visi sumus, per insignia exempla ostensum est. Caeterum non diffitemur esse in hac vita virtutis et felicitatis gradum sine profunda et distincta veri notitia comparabilem pluresque etiam mentes confusis licet et sensitivis motibus utilium imaginum, ferri tamen ad quandam boni participationem. Sed nisi lux vel (si haec adhuc absit) moderatio calori accedat, praejudiciis, et illusionibus, et indocili pertinacia, et temerariis judiciis saepe tentari constat etiam devotas Deo mentes quibus singulare catholico praefertur. Unde occulta vanitas et superbae pietatis sectaria acerbitas in eos qui magistris ipsis aut magistris ipsorum non utuntur. Quo secedendi pruritu saepe fit ut etiam bene animati nolint tamen conjungere invicem operas ad communem fructum et mutuis collisionibus turbent invicem praeclaros conatus hoc ipsum impedientes quod quaerunt; non minus inepte ac si homines nollent commercio eorum uti qui diversa lingua loquuntur. Ne dicam quod pessimum est internecinis odiis passim certari, et quantum boni vera sapientia afferre posset, tantum male consulta opinione malorum suaderi. Haec monstra regni tenebrarum, non nisi luce illata dispelluntur. Quod ut fiat felicius, his

2 veri (*1*) notitia, (*2*) notitia | comparabilem *erg.* | *L* 3 motibus | (*1*) bon (*2*) utilium imaginum *erg.* | *L* 4 vel ... moderatio *erg. L* 4 f. accedat, (*1*) illusionum et pertinaciae et (*2*) praejudiciis *L* 5 judiciis (*1*) devotas mentes plerumque exponi, (*a*) et (*b*) nec inter se conjungere (*2*) saepe *L* 5–11 constat (*1*) ; et quod pessimum est, dum quisque (*a*) alios s (*b*) alium spernit aut damnat, qui eadem psittacare assuetus non est. (*2*) et afflatus quosdam | parum probatos *erg.* | jactari; (*a*) unde cujusdam pietatis sectaria (*b*) unde (*aa*) improvidae | (*bb*) superbae *ers.* | pietatis (*aaa*) sup (*bbb*) sectaria acerbitas in eos qui (*aaaa*) ead (*bbbb*) eisdem formulis (*cccc*) easdem formulas iisdem vocabulis psittacare non didicerunt (*cc*) vanitas ipsis habentibus saepe non animadversa, (*dd*) occulta vanitas ipsis habentibus (*aaa*) et dum singularitas affectatur, (*bbb*) et superbae pietatis (*aaaa*) singularia affect (*bbbb*) singularitatem affectantibus (*cccc*) ex (*dddd*) in singularitate affectata (*eeee*) affectantis ima (*ffff*) sectaria acerbitas in eos qui iisdem formulis psittacare non didicerunt. Nolunt pati ut alii diverso itinere ad eundem finem perveniant; (*a5*) et (*a6*) quamvis bene animati (*b6*) quasi omnium hominum eadem temperamenta (*c6*) quasi omnium eaedem inclinationes essent; (*b5*) beneque etiam animati eadem praejudicia essent. (*3*) . Unde quod pessimum est, (*a*) bonae etiam (*b*) etiam bene animatae mentes non (*aa*) non conjungunt (*bb*) tamen nolunt conjungere operas ad commune bonum, (*aaa*) sed mutuo (*bbb*) sed muto collisionibus turbant (*ccc*) et mutuis collisionibus turbant (*aaaa*) mutuo (*bbbb*) invicem (*a5*) laudand (*b5*) praeclaros conatus hoc ipsum impedientes, quod quaerunt. (*4*) Et (*5*) beneque animati (*6*) Beneque etiam animati nolint tamen conjungere operas ad communem fructum, et mutuis collisionibus turbent invicem praeclaros conatus hoc ipsum impedientes, quod quaerunt. (*7*) etiam ... mentes | (*a*) sed pro catholico (*b*) quibus ... praefertur *erg.* | (*aa*) vanitas (*bb*) Unde ... utuntur (*aaa*) , ⟨unde⟩ fit ut saepe etiam bene (*bbb*) . Qua re (*aaaa*) | fit *versehentlich nicht gestr.* | ut saepe etiam (*bbbb*) separand (*cccc*) secedendi pruritu saepe fit (*ccc*) Quo ... loquuntur. *L* 11 odiis (*1*) vel ar | (*2*) saepe (*3*) passim *erg.* | certari *L* 12 boni *erg. L* 12 sapientia (*1*) dari pote (*2*) ad se (*3*) feli (*4*) bonorum (*5*) afferre *L* 12 consulta (*1*) religione | (*2*) opinione *ers.* | *L* 13 monstra (*1*) noctis, non nisi vera luce depelluntur (*2*) regni *L* 13 nisi (*1*) vera luce dis (*2*) luce illata *L*

interim velut postulatis opus habemus; quibus accommodare sese boni et prudentes debent tantisper dum eo non pervenere, ut omnia quae statuunt probare invictis argumentis possint.

1 [.] Primum ut in omnibus [*bricht ab*]

2 possint. (*1*) Nempe, (*a*) ut nemo praejudicia sua sequa (*b*) ut (*c*) quia praejudicia | omnia *erg.* | exui, et in praxi deponi impossibile est, | danda opera est *erg.* | ut quisque | illis *erg.* | quoad licet (*aa*) obs (*bb*) totis viribus obsistat, quoties suadent ut aliis noceatur. Deinde ut po (*2*) Nempe ut bona indubitata et confessa, potius quam illa quaeramus quae quorundam opinione constituuntur (*3*) 1 [.] Primum *L*